

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae
Magnus Dux Lithuaniae Rusiae, Prus-
siaeque Dominus et Haeres. 1508. —

68

Reverende in Christo Pater sincere nobis dilecte!
Vestra Paternitati non dubitamus esse cognitum
quibus in Ducatu isto nostro,estate praeterita-
occupationibus definebamur, quodq; ad operam da-
re volumus, ut cum hoste facta pace ad res Re-
gni agendas conventu indicto convertamur. Jam igitur
ab hac parte Morchorum, paucatis his terris,
paceque perpetua confirmata, huc regressi id agi-
mus, ut ad Regni Statum componendum felici-
ter revertamur, sed quia vellemus, ut cum Tar-
taro, ita Procopensibus componere, ut priusquam
hinc decedamus possimus et Regni, et Lithua-
niae partes ab eius solitis excursionibus ita fir-
mare, ut fideles nostri si non certa, at saltem
aliqua pace gaudentes, res suas liberius agant,
opus est igitur, ut id agentes, aliquantulum
temporis hic conteramus, post haec vero omni
mora posthabita ad Regnum veniemus, et in
Conventu Generali Piotkoviensi de componendo
Statu futuro Regni cum Consiliariis agamus,
quemquidem Conventum ob eam causam Tarta-
ricam, cum ad diem proximiorum indicere non
possumus, Dominica secunda Quadragesimae
quam reminiscere vocant, eidem Conventui —
Piotkovic tenendo designamus, et quia de more,

Territres.

sunt hic Tartarica

Terrestre istum precedere conveniant, unde
de iunct aliis Terris speciales ediximus, rei
Terris Crassie, pro Festo Sancti Crispi pro
xime futuro in Marienburg particularem
Terrestrem indicimus; Vestram Paternitatem
hortantes utriusq; eisdem Conventionibus inte
repe debeat, et presertim in Terrestri deli
berationibus ad ea, quae proponuntur promissis
denum recta ad Piotrkoviensem se confe
rat, nobiscum et cum aliis Conciliariis felici
statui nostro, Regni nostri ac aliarum Terra
rum Regni nostri consultura, factura pro gra
tia nostra. Datum Vilnae Feria tertia in
Festo Praesentationis Gloriosissime Virginis
Marie. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo,
Octavo. Regni Nostri Anno Secundo.

Dominus Rex
per se.

Reverendo in Christo
Patri Domino Luce
Episcopo Varmicensi sin
ce nobis dilecto. —